# Prologus Apologiacus

Nescio quis obtendat vel objiciat Momus vel Zoilus: Monachi officium et munus proprium esse plangere peccata, non pangere quaestiones; tangere volumina plorare, non explorare vanitates mundi, ire ad Chorum, non redire ad forum, orare in cellis, non perorare in Sellis; colere virtutes morales, non collere intellectuales, pingere in monte nostrae perfectionis, non fingere chimaeram Platonis, verbo vacare Deo et renovare aurem ab iis quae infra Deum sunt. Quis enim nescit primarium Monachi institutum esse perficere non quaerere libros? lugere non lucere? psallere ex Regio Psalte, non fallere typo cum Pallade? religare linguam, et non esse linguosum Suppetrae? reformare mores, non formare aut addere species? effigiare nostrae perfectionis, non formas Platonis? colere Deum, et non excolere artes vanis figmentis?

At secundarium Monachi, qui vocati sunt sicut Aaron ad Sacerdotium, munus esse vita mixta degere et protegere partes Mariae et Marthae, discere et dicere in Suggestu, mysteria et ministeria agere et pagere ut decet Ministros Christi, et Dispensatores ministeriorum Dei, nemo aequus arbiter sacrum inficiari poterit, quin potius contestari debebit, quod hac de praefata